

## **Collegium Universi Juris Canonici**

**Engel, Ludwig**  
**Salisburgi, 1693**

13. De Ordinatis ab Episcopo, qui renuntiavit Episcopatui, vel ab  
Excommunicato.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](#)

semper ad exercenda Pontificalia in alienā  
diocesi requiritur) recte ordinat.

Si dignitati quoque renuntiavit Episcopus,  
p. Charakterem quidem Ordinis Episco-  
palis indecibilem à se abdicare non potuit,  
& inde defacto ordinans validè ordinat; sed  
quia executionem Ordinis ipse amplius non  
habuit, aliis dare etiam de licentia proprii  
Episcopi haud potuit; ideo si ab eodem sa-  
cros Ordines scienter quis receperit circa  
summi Pontificis dispensationem, non ha-  
bebit sui officii executionem; si ignoranter,  
poterit quidem Episcopus proprius dispen-  
sare, nisi crassa & supina ignorantia fuerit.  
Minorum tamen Ordinum collatio, quæ  
aliquando non Episcopis, veluti Abbatibus  
competit, cum licentia proprietorum Pra-  
latorum tali Episcopo renuntianti non denegatur. cap. 1. hoc tit. & ibi Panorm. alii  
que Doctores.

Similiter etiam dicendum circa ordina-  
tos ab Episcopo excommunicato, qui cha-  
racterem quidem, sed non executionem re-  
cipiunt, & ideo si per ignorantiam fuerint à  
tali Episcopo ordinati, poterit cum eis per  
fusos Episcopos dispensari: si scienter, aut ex  
crassa ignorantia, dispensatio ad Sumnum  
Pontificem pertinebit; nisi religionem in-  
grediatur ordinatus, quo casu proprius Pra-  
latus Ordinis dispensare poterit. cap. 2. &  
ibi Barb. num. 2. hoc tit.

Quod si igitur Episcopus loco tantum  
cesserit, ab alio Episcopo invitatus quo sump-  
que Ordines legitime conferet, nimirum  
subditis Episcopi invitanti, propriis enim  
quo habuerat, per renuntiationem à sua  
jurisdictione dimisit. Contingit tamen al-  
iquando, quod Episcopus circa renuntiationem,  
defacta tunc ob metum hostium,  
vel recuperandam sanitatem extra Diocesem  
simoretur, quo casu nihil juris in suos sub-  
ditos amittit, sed eos etiam in aliena diocesem  
cum licentia Diocesani Episcopi (qua-

Q. 2

tabul.

## TITULUS XIII.

### De Ordinatis ab Episcopo, qui renunciavit Episcopatu, vel ab Excommunicato.

#### SUMMARI.

1. Episcopus renunciare potest vel loco, vel dignitati.
2. Loco tanquam renunciavit retinet potestatem ordinandi, si ab alio invictus.
3. Qui defactatione loco pulsus est, nihil juris amittit.
4. Renunciata dignitati, licet ordinare non potest excepere minoribus Ordinibus, si fuerit invitatus.
5. Ordinatus ab excommunicato recipit quidem Chas-  
tacom, sed non executionem, & quis possit  
adhibere.
6. C. 1. v. de 3. cauf. 9. q. 1. explicantur.
7. Deordinatio Gratiani interpretatio.
8. Episcopus in heres lapsus, & needum denunciatus  
ad renuncię exercitum potestatu fuerit.

**C**ura materiam hujus tit. praenotin-  
dum est, quod duobus modis Episcop-  
pus suo Episcopatu renunciare possit,  
namrum loco, vel dignitati. **L**oco, si v.  
g. ob hostilitatem aut aeris intemperiem  
Diocesem renuntiando dimisit, retineat  
tamen Episcopalem tutulum, & authorita-  
tem. **D**ignitati vero, si forsan ob zelum in-  
grediendi Religionis, vel ut præveniat de-  
positionem promerit, ipsum Episcopale  
officium, nomen ac dignitatem relinquat.

**2.** Quod si igitur Episcopus loco tantum  
cesserit, ab alio Episcopo invitatus quo sump-  
que Ordines legitime conferet, nimirum  
subditis Episcopi invitanti, propriis enim  
quo habuerat, per renuntiationem à sua  
jurisdictione dimisit. Contingit tamen al-  
iquando, quod Episcopus circa renuntiationem,  
defacta tunc ob metum hostium,  
vel recuperandam sanitatem extra Diocesem  
simoretur, quo casu nihil juris in suos sub-  
ditos amittit, sed eos etiam in aliena diocesem  
cum licentia Diocesani Episcopi (qua-

absolvere peccatum suo mandato commis-  
sum. Hodie post Concilium Constantiense  
observanda est Extravagans Martini V. *Ad  
evitanda scandala &c.* ex qua Constitu-  
tione excommunicatus non denuntiatus,  
nisi fuerit notorius percursor Clerici, etiam  
in divinis vitandus non est, sicut hac de re  
prolixius in lib. V. in tit. de *Sententia ex-  
communicationis* dicemus.

**6** Præmissis de ordinatione ab Excommu-  
nicato facta, quod imprimat Characterem,  
videntur oblatare difficiles textus in cap. I.  
2. & 3. causa. q. queſ. 1. ubi talis ordinatio  
omniꝝ nulla, & invalida declaratur:  
sed dicendum est cum Gloff. & Gratiano  
ibidem, quod hæc capitula non loquuntur  
de quibuscumque excommunicatis, sed tan-  
tum de hereticis illis, qui nunquam Ca-  
tholici fuerunt, adeoque potestatem ordi-  
nandi non acceperunt; vel certè, si de om-  
nibus excommunicatis, aut prolapsis in hæ-  
resin loquuntur, tunc hæc fuerit quorun-  
dam antiquorum Patrum, & Doctorum  
opinio, posteriori Pontificum & Doctorum  
censurā correc̄ta. Circa hanc quidem inter-  
pretationem erroris arguit Gratianum Lay-  
man. in *Theol. moral. de Sacram. Ordini-*  
*nis. cap. 9. n. 5.* eo quod similia capitula po-  
tent facilius explicari, quod ordinatio sit  
invalida solum quoad effectum executionis,  
non quoad impressionem Characteris: at-  
tamen non possum ad stipulari viro cætero-  
quin doctissimo, quia in allegatis capitulis  
expresse dicitur, quod talis ordinatio tan-  
quam à non habentibus potestatem facta  
pro infecta habenda sit, & per manus  
impositionem potius vulnus inflatum  
cerifatur: unde & iterari neesse sit,  
quod minime probatur esse collatum &c.  
Si ordinans potestatem non habuit, si rei-  
terari debet talis ordinatio, & habetur tan-  
quam non facta, & vulnus infligens, ergo

non impressit Characterem: indubitate  
enim est, quod actus sacramentalis utem-  
que illicite factus imprimens Charac-  
terem reiterari nullo modo possit, ut inten-  
dis trademus.

Ceterum Episcopus ritę in Ecclesia con-  
secratus retinet Characterem Ordinis Epi-  
scopalis, licet in hæresin labatur, & idēc alii  
quem saltem validè ordinare potest, eti-  
mū licet, nec executionem dare. Sed  
utrum ei suffragetur Extravagans: *Ad  
evitanda*. si denuntiatus non sit, dubia-  
tur? Affirmat Navarrus *conf. 10. de Hereti-  
cis.* quod non fiat exceptio in d. Extra-  
vagante. In contrarium inclinat Zoësi-  
us *hoc tit. num. 4.* eo quod hæreticus a-  
mittat jurisdictionem ex duplice causa, scilicet  
propter hæresin, & propter excom-  
municationem; unde licet retineat tam-  
sper ob excommunicationem non denun-  
tiatam, non tamen ob hæresin. Hæc po-  
sterior sententia est tutior, & ante factum  
tenenda; post factum tamen videtur ordi-  
natus secundum authoritatem Navarri to-  
lerari posse in Ordine suscep̄to.

## TITULUS XIV.

### De Ætate, & Qualitate, & Ordine præficiendorum.

#### §. I.

#### De Ætate & Titulo Ordinandi.

##### SUMMĀRIA.

1. *Etas quæ requiratur in Minoribus?*
2. *Quæ in Majoribus?*
3. *Annuæ ultimus sufficit inchoatus.*
4. *Natus ad initium septimi mensis, censorius legitimus.*
5. *Quid de defectu annus diei, vel horæ, vel bissex-  
tilis?*

6. *Ordine*